



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum conuenienter assignentur species iracundiæ, & quæ sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

¶ Super Questioni 158. Articulum quintum.

IN articulo quinto eiusdem centesime quinquagesime octave question. dubium occurrit, quo pacto distinctio in litera Postea ex Aristotele, sic distinctio specifica peccatorum iræ. Et est ratio dubij, quia peccata distinguuntur specie per obiecta formaliter distincta. He autem iræ non ex parte obiecti distinguuntur, sed ut in litera dicitur, prima species attenditur ex parte originis, secunda ex parte durationis causæ, tertia ex parte durationis ipsius uindictæ. Similiter nec facilitas, nec firmitas hominis ad iram se tenet ex parte obiecti, sed subiecti.

ARTICVLVS V.

¶ Vñ Philosophus cõuenienter determinet species iracundię, dicens quod iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter determinentur species iracundiæ a Philosopho in 4. Ethic. * ubi dicit, quod iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, quidam difficiles, siue graues: quia secundum ipsum amari de qua, quorum ira difficile soluitur, & multo tpe manet: sed hoc vñ pertinere ad circumstantiam tps. ergo videtur quod etiam secundum alias circumstantias possint accipi alie species iræ.

¶ 2 Præt. Difficiles, siue graues dicit esse, quorum ira non commutatur sine cruciatiu, vel punitione: sed hoc etiã pertinet ad insolubilitatem iræ, ergo videtur quod idem sit difficile, & amari.

¶ 3 Præt. Dominus Matth. 5. ponit tres gradus iræ cũ dicit, Qui irascitur fratri suo: & qui dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo, Fatue: qui quidem gradus ad prædictas species nõ referuntur, ergo vñ quod prædicta diuisio iræ non sit conueniens. SED CONTRA est, quod Grego. Nyssen. dicit, * quod tres sunt irascibilitatis species, scilicet iræ, quæ uocatur fellex: & mania, quæ uocatur infania: & furor, quæ tria uidentur esse eadẽ tribus præmissis. Nam iram fellexam dicit esse, quæ principium & motum habet, quod Philosophus attribuit acutis. Maniam uero dicit esse iram quæ permanet, & in uetustatem deuenit, quod Philosophus attribuit amaris. Furorem autem dicit esse irã, quæ obseruat tempus in suppliciu, quod Philosophus attribuit diffi-

ciibus. Et eandem etiam diuisionem ponit Damascen. in secundo lib. * ergo prædicta distinctio Philosophi non est inconueniens.

RESPON. Dicendum, quod prædicta distinctio potest referri vel ad passionem iræ, vel etiã ad ipsum peccatum iræ. Quomodo autem referatur ad passionem iræ, supra habitum est, * cum de passione iræ ageretur; & sic præcipue uidetur poni a Grego. Nyssen. & Damasc. † Nunc autem oportet accipere distinctioem harum specierum secundum quod pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur a Philosopho. Potest autem inordinatio iræ ex duobus attendi. Primo quidem, ex ipsa iræ origine: & hoc pertinet ad acutos qui nimis cito irascuntur, & ex qualibet leui causa. Alio modo, ex ipsa iræ duratione, eo scilicet, quod ira nimis perseverat: quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo, quia causa iræ, scilicet iniuria illata, nimis manet in memoria hominis. Vnde ex hoc homo diutinam tristitiã concipit, & iõ sunt sibiipsis graues & amari. Alio modo, cõtingit ex parte ipsius uindictæ, quã aliquis obstinato appetitu querit, & hoc pertinet ad difficiles siue graues, qui non dimittunt iram quousque puniant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in speciebus prædictis non principaliter cõsiderat tps, sed facilitas hois ad irã, vel firmitas i irã.

AD SECVDVM dicendum, quod utriusque, scilicet amari & difficiles, habet iram diuturnã, sed propter aliam causam. Nam amari habent iram permanentem propter permanentiã tristitiæ, quã inter uiscera tenet clausam. Et quia nõ prorupit ad exteriora iracundię

& ut ratio exterioris indignationis; in tertio uero ut ratio exterior iniuriæ. Et cum contra arguitur: ergo non bene distinguitur a Thoma, negatur sequela. Et ad probationem, quod debuit per actus interiores distinguere, respondetur quod cum author distinct gradus penes progressum humani actus, scilicet in corde & c. satis docuit diuerfitatem interiorum actuum nunc declaratum.

¶ Ad secundum dicitur, quod primus gradus habet exterius nocumentum pro obiecto: quoniam, ut author dixit, dominus loquitur de ira homicidij, seu grauis lëtionis. Et cum contra arguitur: ergo primus gradus facit reum gehennę ignis, negatur sequela, quoniam non ex hoc, quod exterius nocumentum est obiectum, ponitur gradus tertius, reus gehennę, sed ex hoc, quod exercet exterius nocumentum, dicendo, Fatue: quod non fit

Secunda Secundę S. Tho. CCC in

Lib 3. Orth. fid. c. 16.

1. 2. q. 46. a.

locis citatis in argu. sed cont.

in primo gradu, ubi nocumentum non exercetur. Ad tertium quod est non tam contra auctorem, quam contra Aug. dicitur, quod proprie formaliter loquendo, non est ibi sermo de iudicio diuino, aut humano determinate, sed de iudicio absolute, ita quod ex illis tribus gradibus in processu poenae, intendit ostendere progressum culpe in peccato irae. Et propterea Aug. quia post iudicium remanet de fensio locus, minimum ibi poenae gradum posuit, & sic de aliis. Ex quibus patet, quod iste homo debebat reuerenter auctoritatem Augustini si sibi non placebat, saltem silentio pertransire, factumque est, ut dum ponit os in celum, etiam glossam dicerent, quod haec poena ad diuersas mansiones damnationis aeternae spectant, absque eternitate suscipiat.

Super Quaestione 138. Articulum sextum.

In articulo 6. eiusdem quaest. 138. dubium ex Martino in quaest. 3. de ira occurrit dicente, Non placet mihi quod ait B. Thom. quod ita ex parte sui obiecti, scilicet vindictae secundae, habet quod multi vitia ex ea nascuntur: quia ex sex illabus, quas enumerat, nulla nascitur ex appetitu vindictae, sed ex impetu & uoluntate irae.

Art. 3. ad 2.

Lib. de serm. dom. in monte cap. 19. 2. med. 10. 4.

Sup. q. 142. 5. & in q. 8. art. 1. cor. 8. ad 2. 8. 2. & q. 12. ar. 5.

Ad hoc breuiter dicitur, quod auctor in litera duas radices in ira ponit, unde ex ea oriuntur vitia, alteram ex parte obiecti: alteram ex parte modi, seu impetus. Et propterea Martinus errat tripliciter. Primo, quia filiae irae oriuntur ex appetitu vindictae, ut in sequenti patet articulo. Secundo, quia auctor non dicit, quod ex appetitu vindictae omnia vitia sequantur, sed indeterminate loquitur. Tertio, quia non tacuit auctor, quod multa oriuntur vitia ex ira ex parte impetus &c.

In eodem articulo in responsione ad primum, dubium ex Martino ibidem, occurrit contra hanc solutionem dicente, Haec solutio non mihi placet quia tristitia, de iniuria illata secundum Aristot. in 2. Rhetoricę, est ipsa ira. Et

signa, non possunt persuaderi alijs, nec ex seipsis recedunt ab ira nisi prout diurnitate temporis abolet tristitia, & sic deficit ira. Sed in difficilibus est ira diuturna propter vehementem desiderium vindictae: & ideo tempore non digerit, sed per solam punitionem quiescit.

Ad tertium dicendum, quod gradus irae, quos Dominus ponit, non pertinent ad diuersas irae species, sed accipiuntur secundum processum humani actus in quibus primo aliquid in corde concipitur: & quantum ad hoc dicit, Qui irascitur fratri suo. Secundum autem est, cum per aliqua signa exteriora manifestatur exterius etiam antequam prorumpat in effectum: & quantum ad hoc dicit, qui dixerit fratri suo, Racha, quod est interiectio irascentis.

Tertius gradus est, quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur. Est autem effectus irae, nocumentum alterius sub ratione vindictae. Minimum autem nocumentorum est, quod fit solo verbo: & ideo quantum ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Fatue. & sic patet, quod secundum addit supra primum, & tertium supra utrumque. Unde si primum est peccatum mortale in casu, in quo Dominus loquitur, sicut dictum est, multo magis alia: & ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem, sed in primo ponitur iudicium, quod minus est: quia ut Augustinus dicit, in iudicio, adhuc defensionis locus datur. In secundo vero ponit consiliu, in quo iudices inter se conferunt quo supplicio dānari oporteat. In tertio ponit gehennam ignis, quae est certa dānatio.

ARTICVLVS VI.

Utrum ira debeat poni inter vitia capitalia.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod ira non debeat poni inter vitia capitalia. Ira enim ex tristitia nascitur: sed tristitia est vitium capitale, quod dicitur accidia. ergo ira non debet poni vitium capitale.

Præter. Odium est grauius peccatum quam ira. ergo magis debet poni vitium capitale, quam ira.

ideo licet ex ista tristitia oriatur appetitus ex ea oriatur ira.

Ad hoc breuiter dicitur, quod fallitur Aristoteles, tristitia sic ira, cum tristitia sit incommensurable, implicat deinde contradictionem.

Præter. Super illud Prover. 15. Vir iracundus pronocat rixas, dicitur gl. Ianna est omnium vitiorum iracundia, quae clauda, vitibus intrinsecus dabitur quies, aperta autem ad omne facinus armabitur animus: nulli autem vitium capitale est principium omnium peccatorum, sed quorundam determinate. ergo ira non debet poni inter vitia capitalia.

Contra est, Gregorius. Modus ponit iram inter vitia capitalia. Respondens. Dicendum, quod sicut ex praemissis patet, vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur. Habet autem hoc ira, quod ea multa vitia oriuntur duplici ratione. Primo, ex parte sui obiecti, quod multum habet de ratione appetitibus, in quantum scilicet undicta appetitur, sub ratione iustitiae honesti: quia indignitate allicit, ut supra habetur. Alio modo, ex suo impetu, quo mentem precipitat ad inordinata quaeque agenda: unde manifestum est, quod ira est vitium capitale.

Ad primum ergo dicitur, quod illa tristitia ex qua oriatur ira, ut plurimum non est acciditium, sed passio tristitia, quae consequitur ex iniuria illata.

Ad secundum dicendum, sicut ex supra dictis patet, ad rationem vitii capitalis pertinet, quod habeat finem multum appetibilem, ut sic propter appetitum eius multa peccata committantur. Ira autem quae appetitulum sub ratione boni, habet finem magis appetibilem, quam odium quod appetit malum ratione mali: & ideo magis est vitium capitale ira, quam odium.

Ad tertium dicendum, quod ira dicitur Ianna vitiorum peccatorum, scilicet remouendo prohibens, id est, impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur a malis. Directe autem & per se est aliquorum causa specialia peccatorum, quae dicuntur filiae eius.

ARTICVLVS VII.

Utrum conuenienter assignentur filiae irae, scilicet rixa, pomor, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter